



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 25. Sessio tertia. Eutyches citatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

- Sæculum V. ut suam quisque sententiam aperiret, vitavit; & singuli, quid crederent, a eundem sensum, quamvis aliis verbis, explicarunt; nempe Basilus Seleuciensis ex Isauria, Seleucus Amasiensis ex Pontico, Saturninus Marcianopolitanus ex Asia; Hi tres erant Metropolitæ. Julia 185. nus, Episcopus in Insula Co, a S. Leone Papa ad tractanda Constantinopoli Ecclesiæ Romanæ Negotia Delegatus, & ceteri, numero septendecim. Tum Eusebius Doryleensis dixit: *Aliqui ex Episcopis, qui in hac urbe morantur, non ab sunt, vel quod morbo impediuntur, ut quod ad Concilium vocati non sint; bipeto, ut vocentur.* Ut id fiat, Archiepiscopus Flavianus iussit.

§. XXV.

Sessio tertia. Eutyches citatur.

Sessio tertia in eodem loco, die Lunæ decima quinta Novembris celebrata. Eusebius Doryleensis petiit, ut illi, qui ad Eutychem missi fuerant, quid actum sit, referrent. Flavianus Notariis præcepit, ut dicerent, quinam missi fuissent; Notarii dixerunt, missos fuisse Joannem Presbyterum, & Defensorem, & Andream Diaconum, eosque esse præsentem. Tunc in medium prodire iussi sunt, & Joannes Presbyter dixit: *Ubi ad Monasterium Eutychebis Abbatis pervenimus, Libellum ei præ-*

prælegimus, & descriptum Exemplar de-
 dimus, quis Accusator esset, ediximus,
 ipsumque citari, ut coram vobis se sistat,
 denunciavimus. Sed venire recusat, di-
 cens, sibi ipsi ab initio Professionis Mona-
 sticæ legem posuisse, ne unquam egrede-
 retur, sed in suo Monasterio, tanquam in
 aliquo Sepulchri genere, permaneret. Id
 vero, ut vobis aperiremus, rogavit; Epis-
 copum Eusebium a multo tempore suum
 esse inimicum, seque ideo solum accusasse,
 ut injuriam inferret. Se quidem Exposi-
 tionibus Fidei Patrum Conciliorum Nica-
 ni, & Epbesini subscribere paratum, si ve-
 ro in aliquo loquendi modo balucinati fu-
 issent, id se nec reprehendere velle, nec re-
 cipere, sed soli Scripturæ operam dare,
 quod securius, quam expositiones Patrum,
 veritatem edoceat. (*) Se post Incarna-
 tionem unicam Dei Incarnati Naturam
 adorare. Tum Commentarium e sinu
 protractum, & similia continentem, le-
 gebat. Adjunxit: calumniati sunt me,
 dicentes, a me affirmari, Verbum Carnem
 suam de Cælo attulisse; innocens sum. At
 vero Dominum Nostrum Jesum Christum
 ex duabus Naturis, secundum Hypostasim
 unitis esse compositum, ex Patrum Expli-
 cationibus non didici, nec Doctrinam istam
 recipio, etsi quis mihi talia prælegeret,
 quia

Sæculum V.
 A.C. 448.

(*) Infallibilis Hæreticorum Nota!

Sæculum V.
A. C. 448.

quia Sacra Scriptura Patrum Doctrina meliores sunt. Attamen confiteor, illum qui natus est ex Maria Virgine, esse perfectum Deum, & perfectum Hominem, non autem Carnem habere, nostræ Consubstantialiam. Andreas Diaconus edixit se quoque Eutychem, hæc omnia dicentem, audivisse. Et quia Joannes Presbyter dicebat, etiam Basilii Seleucienensis Diaconum colloquentibus adstitisse, Flavianus hunc quoque interrogavit, quod

p. 195. eadem se audivisse testatus est. Eusebius Doryleensis petiit, ut Eutyches iterum citaretur. Flavianus dixit: Deus det, ut veniat, & errorem suum agnoscat. Itaque Presbyteri Mamas, & Theophilus eant, secundo vocent, & nostram Epistolam, qua citatur, tradant. Prius lecta est, & annotatum, esse secun-

p. 198. dam Citationem. Dum reditus duorum Presbyterorum, ad Eutychem missorum expectatur, Concilii jussu expositiones Patrum in Fidem legebantur; tunc Eusebius Doryleensis assurgens, dixit: meam pervenit notitiam, quod Eutychem unum Tomum ad Monasteria miserit, qui Monachos ad Seditionem excitet; peto, ut Presbyter ex HEBDOMON, qui præsens est, dicat, quid rei sit. Flavianus Presbyter

(*) In una Natura perfectus Deus, & perfectus Homo. Qualis Theologia!

rum prodire iussit, & interrogavit: *quomodo vocaris?* Ipse respondit: *Abraham.* Sæculum V.
A.C. 448.

Flavianus: *quem gradum tenes?* Abraham: *Presbyter sum in HEBDOMON, & Tue Sanctitati subiectus.* Flavianus: *an id tibi notum, quod modo Eusebius Episcopus edixit?* Abraham: *notum mihi est; Manuel Presbyter, & Abbas, misit me ad Presbyterum Asterium, ut Sanctitati tue indicaretur, missum sibi ab Eutyche Tomum, Materiam de Fide tractantem, ipsumque a se petiisse, ut subscriberet.* Eusebius Doryleensis petiit, ut ad alia etiam Monasteria mitterentur, qui exquirent, an Eutyches suum Tomum ipsis communicasset. Annuit Flavianus, & dixit: *Presbyter Petrus, & Diaconus* P. 199.

Patricius, ad Monasteria Civitatis se conferent; Presbyter Retorius, & Diaconus Eutropius, ad Monasteria, quæ sunt in Sicai; Presbyteri Paulus, & Joannes, ad Monasteria Calcedonensia ibunt. Cand. C. P.
c. 22. p. 67.

Sicai Civitatis Constantinopolitanæ suburbium erat, ita dictum, quod multæ ficus ibi viderentur. Hodie suburbium istud Pera appellatur. Acta Concilii Constanti-
nopolitani.

Dum hæc Flavianus loquitur, Aetius Diaconus, & Notarius, dixit, Presbyteros Mamam, & Theophilum rediisse. Jubeat Flavianus, ut, quid egissent, referrent; tum Mamas dixit: *cum Limen Monasterii Eutychebis attigissemus, sub porta* Hist. Eccles. Tom. VI. Ff vidi-

Sæculum V. vidimus Monachos, & cum ipsis intran-
 tes, diximus: monete Archimandritam
 habemus mandata ab Archiepiscopo, & in
 A C. 448. to Concilio, quæ indicare necesse est; di-
 xerunt: Archimandrita egrotat, vosque
 ad conspectum admittere non potest; quid
 velitis, nobis edicite! diximus: ea, quæ
 afferremus, nemini nisi Archimandrita
 nuntiari oportere, & habere Citatio-
 nem scriptam; ingressi sunt, & cum Mo-
 nacho, cui Nomen Eleusinius, redeuntes,
 dixerunt: Hunc Archimandrita mitti,
 vestra mandata suo Nomine excepturum.
 Diximus: si ipse audire, & recipere non
 non vult, tantum edicite, tunc vidimus
 turbatos, in aures sibi invicem aliqua in-
 susurrantes, & murmurantes, quod Cita-
 tio scripta afferretur. Diximus: quid
 turbamini? dicimus vobis hujus Citatio-
 nis Summam; Concilium secundo ipsum
 vocat, ut veniat, & ad accusationem Epi-
 scopi Eusebii respondeat. Tunc ingressi
 sunt, & nos quoque admiserunt; Citatio-
 nem Eutycki tradidimus; hanc coram no-
 bis prælegi iussit, dixitque: Legem mihi-
 metipsi imposui, ut vivus Monasterio non
 p. 202. egrederer, donec cogente fato efferrer.
 Vident Concilii Patres, quod Senex sim, &
 fractis viribus; facere possunt, quod lube-
 bit; tantum rogo, ne quis ad indicandam
 tertiam Citationem veniat; factum puto.
 Urgebat, ut Chartam deferendam accipe-
 remus;

remus; sed recusavimus, dicentes: si habes quæ ad Concilium dicas, ipse veni, & loquere. Lectionem etiam hujus Scripturæ audire noluimus. Ipse subscripsit, & nobis abeuntibus, dixit, se eam ad Concilium mittere. Theophilus Presbyter, quæ Mamas retulerat, suo Testimonio confirmavit. Concilium mandavit, ut Eutyches a Memnone Presbytero, & Thesauri Custode, Epiphane, & Germano, Diaconis, Citationem scriptam ferentibus ad diem post istam quartam, nempe decimam septimam Nov. tertia vice comparere juberetur.

§. XXVI.

Sessiones quarta, & quinta.

Die Sessionem tertiam sequente, scilicet 16ta Nov. celebrata est quarta. Asclepiades Diaconus, & Notarius, dixit: aliquot Monachi Eutyche, & Archimandrita Abraham, admitti petunt. Flavianus dixit? *ingrediantur!* tum interroganti, ad quid venissent, Abraham respondit, missos se ab Eutyche, quia ipse ægrotaret, subjungens: *revera tota nocte ingemiscens somnum non cepit; ego quoque eandem insomnem duxi, heri enim sub vesperum vocari me jusserat, & commisit mihi aliqua, quæ ad vos referrem.* Flavianus; *ægrotantem non urgemus, Dei est, tribuere Sanitatem, nostrum vero expectare,*